

Vsebina

Uradnih listov lavantinske škofije leta 1923.

P r e d m e t	Število	O d - s t a v e k	S t r a n
A ltare maius. privilegiatum	XIV	52	79
B irmski izkaz za leta 1922 in 1923	XII	44	68
C arine oproščeni predmeti za božjo službo	XV	61	82
D ecretum S. C. R. de additionibus faciendis in Rit. Rom.	II	10	14
Dijaško semenišče, nadpastirska prošnja za podporo	XI	39	57
Dijaško semenišče, prošnja za podporo	VI	24	31
Dijaško semenišče, razpis ustanovnih mest	VI	25	33
Državni prazniki, njih slavlje	XIII	50	76
Duhovne vaje 1923	{ VII	30	35
	XI	40	59
E vharistični kongres v Zagrebu	IV	19	26
Examen triennale 1923	I	6	4
Examinatorium prosynodalium electio et confirmatio	XIV	55	78
F astenmandat 1923	I	2	2
H omiletsko-katehetski list, izdajanje	XIV	57	80
I menovanje lavantinskega škofa apostolskim upraviteljem za dele krške škofije v državi SHS in Prekmurje	XIII	46	69
Imenovanje lavantinskega škofa apostolskim upraviteljem delov sekovske škofije v državi SHS	XI	38	57
Izvlečki iz matičnih knjig, izdajanje ex offo	{ VI	27	34
	X	35	55
K atehetska mesta, razpis	XV	59	81
Katehetske nagrade	II	11	15
Katoliška kapela v Drvaru. Prošnja za prispevke	XIV	56	79
Katoliški shod v Ljubljani 1923	IV	19	26
Kolkovanje listin	XV	60	81
L avantinski knezoškof imenovan	V	23	29
M atične knjige, izdajanje ex offo izvlečkov iz njih	IV	21	28
Misijonska razstava v Rimu, 1925	VII	29	35
O berhirtliches Begrüßungsschreiben	IX	33	45
Olja, sveta, delitev	I	7	4
Ordinacija in ordinandi, 1923	IV	20	28
Osebna naznanila I, 8, 4; II, 12, 16; IV, 22, 28; X, 37, 56; XI, 42, 60; XV, 63, 82.			

P r e d m e t	Število	O d - s t a v e k	S t r a n
Papeška pisma o imenovanju novega nadpastirja lavantinskega	VIII	31	37
Pastirski list rimskega romarja svojim ovčicam po domovini	XII	43	61
Pastoralna konferenčna vprašanja, 1923	I	4	3
Pii PP. XI. Litterae encycliche. De pace Christi	II	9	6
Pii PP. XI. Litterae encycliche de S. Francisco Salesio	IV	17	21
Pija XI. zahvala za božični in novoletni pozdrav ter za Petrov novčič	III	14	17
Pija XI. zahvala za Petrov novčič	XIV	51	77
Pija XI. zahvala za zbirko v prid katoliškim misijonom	III	13	17
Pokojninsko zavarovanje organistov	X	34	54
Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos. Solutio dubiorum	III	15	18
Portatilia	XII	45	68
Postna postava, 1923	I	1	1
Pozdravni list vernikom v Mežiški dolini	XIII	49	73
Pozdravni list vernikom v Slovenskoj Krajini	XIII	48	70
Pozdravni pastirski list	VIII	32	38
Quaestiones theologicae, 1923	I	3	3
Reverendo clero partium dioecesum Gurcensis et Sabariensis, sitarum in territorio Regni Serviorum, Croatarum, Slovenorum	XIII	47	69
Reservationis casuum revocatio atque concessio facultatis absolvendi a Censura Ordinario reservata	XIV	53	79
Slovstvo X, 36, 56; XI, 41, 60; XIV, 58, 80.			
Šematizem za leto 1924	XV	62	82
Škofijske takse	III	16	20
Tribunalis ecclesiastici dioecesani nova constitutio	XIV	54	78
Tristoletnica smrti sv. Frančiška Saleškega	IV	18	26
Veroučni usposobljenostni izpit	VI	26	33
Župnijski izpiti	I	5	3



St. Gracian

Epistola pastoralis collectiva

Reverendissimorum Ordinariorum catholicorum in Regno SHS ad omnes
sacerdotes aliosque clericos in eorum territorio degentes.

Dilecti Fratres in Domino, filiique amantissimi!

Solemnia Eucharistici conventus, quae in alma civitate Zagreb proximis abhinc diebus magno cum spiritus gaudio celebavimus, spem nobis non modicam afferunt fore, ut spiritus christianus, in multis hucusque frigescens, excitetur, et ad amorem Christi, qui est via, veritas et vita, corda fidelium reducantur.

Hanc vero spiritus renovationem in iis jure meritoque pleniorum speramus, qui ad sublimem sacerdotalem statum vocati, patres fidelium, sal terrae et lux mundi appellantur.

Hinc sicut omnes fideles, Nostrae curae commissos, ad fructus ex Eucharistico coetu abunde capiendos, epistola pastorali excitamur, ita utilimum putamus, si et ad vos speciatim os Nostrum patet, paternaque monita praebeamus.

Clerici debent sanctiorem piae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere eisque virtute et recte factis in exemplum excellere (C. J. C. can. 124.) Hoc autem sit alta mente repositum non solum iis, qui, in cura animarum positi, Nostri speciales adiutores in pastorali officio exstant, sed et iis, qui aliis munis incumbunt; hi enim nunquam oblivisci debent se sacerdotes esse et ratione eorum altissimae vocationis modo convenienti ipsis esse vivendum.

Si ab omnibus Christi fidelibus proprio Episcopo, uti patri ac pastori, obsequendum est: speciali ratione clericis haec obligatio incumbit; et non solum erga proprium Ordinarium, cui oboedientiam et reverentiam in ordinatione sacerdotali sponderunt: sed et erga illum Ordinarium in cuius dioecesi quaquamque de causa versantur.

Hinc nullus, neque ad tempus, ex dioecesi, in qua degit, discedat sine licentia Ordinarii loci, a quo petet et »celebret« sine quo missam celebrare non poterit.

Nullus, sine licentia proprii Ordinarii, studiorum universitati nomen suum det, cum autem ad sedem studiorum venerit, Ordinario loci se sistat, eiusque stet mandatis.

Omnes sacerdotes, etiam ii, qui curae animarum speciatim addicti non sunt, non putent se suaे vocationi fideles, si praeter Missae Divinique Officii devotam quotidianam recitationem, pastorali numeri (ad mentem can. 128.) pro posse operam non praebebunt; alioquin, ipsis timendum est, ne in poenam servi, talentum sepelientis, incurvant.

Quum autem nemo aliis det, quod non habet, eosdem paterne monemus, ut juxta praescriptum codicis, conscientiae maculas poenitentiae Sacramento frequenter eluant: quotidie orationi mentali per aliquod tempus incumbant — Sanctissimum Sacramentum visitent — Deiparam Virginem Mariam rosario colant — conscientiam suam discutiant (can. 125.); suspecta consortia fugiant, curamque habeant de bono nomine (can. 133.); spectaculis, choreis et pompis quae eos dedecent, vel quibus clericos interrese scandalum sit, praesertim in publicis theatris, ne intersint (can. 140.); tabernas aliaque similia loca sine necessitate aut alia justa causa ab Ordinario loci probata ne ingrediantur (can. 138.); per se vel per alios negotiationem aut mercaturam sive in propriam sive in aliorum utilitatem ne excerceant (can. 142.); sine licentia sui Ordinarii ne ineant gestionem bonorum ad laicos pertinentium aut officia saecularia, quae secumferunt onus reddendarum rationum (can. 139.); studia praesertim sacra, etiam recepto sacerdotio ne intermittant: et in sacris disciplinis solidam illam doctrinam a majoribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vocum novitates et falsi

~~100~~
nominis scientiam (can. 129.); actioni, ut ajunt, catholicae, quam Summus Pontifex Pius XI. partem pastoralis ministerii, in Encyclica diei 22. Decembris 1922, appellat, operam sedulam, sub proprii Ordinarii directione, incumbant; devotionem et amorem erga SS. Eucharistiae Sacramentum sedulo propagant, et sacerdotum adoratorum coetui suum nomen dent.

Tandem ad norman Codicis (can. 136.) omnibus sacerdotibus et clericis praecipimus ut tonsuram seu coronam clericalem et capillorum simplicem cultum adhibeant; vestem sacerdotalem, tallarem aut breviorem (non tamen brevem sicuti laici) coloris nigri, etiam in itinere gerant ac collare ecclesiasticum nunquam deponant; hinc quodlibet tentamen habitus vel collaris saecularis gestandi, omnino reprobamus ac observantiam huius decreti urgemus. Et sicut prohibemus Missae celebrationem iis sacerdotibus, qui sine »celebret« proprii Ordinarii ad celebrandum accedant: ita eandem Missae celebrationem iis sacerdotibus, qui sive quoad collare sive quoad vestem more saeculari induunt, interdicimus.

Parochorum adiutores seu Cappellanos respectivis Parochis speciatim commendatos volumus, ut sint ipsis in via Domini duces ac magistri, eisque verbo et exemplo in iis, quae hac pastorali epistola mandamus, servandis, praebeant.

Deum enixe erogamus, ut haec Nostra paterna monita ab omnibus dilectis Nostris sacerdotibus et clericis uti vox divina habeantur, eaque opere volentes libenterque impleant. Horum autem munerum auspicem benedictionem pastoralem omnibus Nostris sacerdotibus aliisque clericis impertimus.

Datum Zagreb, ex plenario coetu annuo episcopali die 23. Augusti 1923.

- † Dr. Antonius Bauer, archiep. Zagreb., coetus episcopalis Praeses.
† Dr. Nicolaus Dobrečić, archiep. Antibaren.
† Dr. Joanes Šarić, archiep. Vrhbosn.
† Dr. Josephus Marčelić, episc. Ragusin.
† Dr. Antonius Jeglić, episc. Labacen.
† Dr. Andreas Karlin, episc. Lavant.
Fr. Aloisius Mišić, episc. Mandetrien.
Fr. Josephus Garić, episc. Banjalucen.
† Dr. Josephus Marušić, episc. Senien. et Modrus.
† Dr. Dionysius Njardi, episc. Crisien. r. g.
† Antonius Akšamović, episc. Sirmien. et Bosnien.
† Dr. Fr. Hieronymus Miletta, episc. Sebenicen. et Adm. Apost. partis jugosl. Arcidioecesis Jauren.
etiam vice Episcopi Pharen. Lucae Pappafava.
Dr. Quirinus Clemens Bonefačić, episc. electus Spalaten.
Alexius Bazjuk, Adm. Apost. pro graeco-ruthenis in Bosnia et Hecegov.
Ferinandus Hrdy, Adm. Apost. in Niš etiam vice Thomae Glasnović, Adm. Apost. dioec. Scopien.
Ferdinandus Rožić, vicarius Apost. castrensis.
Ludovicus Budanović, Adm. Apost. in Subotica.
Fr. Raphael Rodić, Adm. Apost. in Veliki Bečkerek.
Antonius Milošević, vice episc. Catharen. Francisci Uccellini.
Carolus Erdelyi, Vicarius episc. in Donji Miholjac.
- 1350:4 = 3375
15
30
20